GREGORIUS MAGNUS. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 11v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36569
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



caritatis tendit. restat procul dubio ut per abstinentiam caro
maceretur. Unde et bistincto adiungitur cocco torta bissus
de terra et enim nitenti specie oritur. Et quid per bissum nisi
candens decor munditie corporalis castitas designatur.
Que uidelicet torta pulcritudini super humeralis innecti
tur. quia tunc castimonia ad perfectum munditie candorem
ducitur. cum per abstinentiam caro fatigatur. Cumque inter uirtutes
ceteras etiam afflicte carnis meritum proficit. quasi in di
uersa super humeralis specie bissus torta candescit.

Sit rector discretus in silentio. utilis in uerbo. ne
aut tacenda proferat aut proferenda reticescat.
Nam sicut incauta locutio in errorem perthit. ita in discre
tum silentium hos qui erudiri poterant in errore dereliquit.
Sepe namque rectores inprouidi humanam gratiam amittere
formidantes. loqui libere recta pertimescunt iuxta ueri
tatis uocem nequaquam iam gregis custodie pastorum studio.
sed mercennariorum uice deseruiunt. quia ueniente lupo
fugiunt. dum se subsilentio abscondunt. Hinc namque
eos per prophetam dominus increpat dicens. Canes muti
non ualentes latrare; hinc rursum queritur dicens. Non ascendistis
ex aduerso. neque opposuistis murum pro domo israel. ut sta
retis in prelio in die domini. Ex aduerso quippe ascendere est.
pro defensione gregis uoce libera huius mundi potestatibus
contrire. Et in die domini in prelio stare est. prius decertantibus
ex amore iusticie resistere. Pastori enim recta timuisse di
cere. quid est aliud quam tacendo terga prebuisse. Qui ni
mirum si pro grege se obicit. murum pro domo israel hostibus
opponit. Hinc rursum delinquenti populo dicitur. Prophete
tui uiderunt tibi falsa et stulta. nec aperiebant iniquitatem tuam.
ut te ad penitentiam prouocarent. Prophete quippe in sacro
eloquio non nunquam doctores uocantur. qui dum fugitiua esse